



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. C. Bononien, bonorum de Ubaldinis. De reciproca inter filios &  
descendentes ordinata, quando censeatur linearis, & de linea ad lineam,  
vel potiùs discretiva in qualibet linea, & inter ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

lificata seu conditionalis füssigatur, atque hic est casus in allegata Bonon. de Rubeis, ubi de licentia Papa alienandi quādam bona fideicommissaria, sub ea forma, seu conditione, quod premium unico contextu deponeretur penes adēm sacram exinde non amovendum nisi ad effectum illud implicandi in narratam utilem emptionem aliorum stabilium, quā forma neglecta fuit; Aut investimentum injunctum est per viam modi, & à parte postea, quia nempe detur facultas alienandi injuncto onere hæredi gravato investiendi premium, & tunc quia testator seu concedens dicitur sequi fidem alienantis, emptor non tenetur esse sollicitus, unde in hac materia quæstio videtur hodiè potius facti & applicationis quām juris esse, in videndo scilicet, quando dicamus esse in una vel altera parte distinctionis, præsertim ubi testator tribuat facultatem alienandi ad effectum investiendi, ut frequentius contingit, unde incertum est, an per viam conditionis vel modi disposuerit; In dubio autem regula assistit emptori, ut non teneatur ex deductis in his terminis per Merlin. d. decis. 459.

Priterea hujusmodi difficultatem intrare observabam, quando ageretur de alienatione rei conservabilis à jure prohibita, ita ut emptor soli horum licentia innatur, quia si eam pro fundamento intentionis deducit qualificatam, dubitari potest, an teneatur illam recipere cum sua qualitate, Ac etiam quia sciens emere rem de jure alienari prohibitam, investigare tenetur de suis cautelis; Id autem in propria facti specie non cedebat, dum seclusa etiam facultate hominis, eraderat facultas legistratione subjectæ materia, & ex bonorum ac perlonæ qualitate ut supra, stante præsertim bona fide in emptore fideicommissi ignaro; Atque ex hoc ultimo fundamento, facilius autem ex duobus primis detractionum ex incompetencia actionis, non discuso altero resultante a puncto reciproca cadentis nec nè inter inæqualiter institutos prodit sententia absolutoria, justitia fundamentum pro meo iudicio habens, & quantum hucusque observantia ostendit actor acquievit.

## BONONIEN. BONORUM DE UBALDINIS

PRO  
STEPHANO COMINO  
CVM  
NICOLAO UBALDINO.

*Casus decisus per Rotam pro Ubaldino.*

De reciproca inter filios & descendentes ordinata, quando censeatur linearis, & de linea ad lineam, vel potius discretiva in qualibet linea, & inter singularum linearum descen-

dentes inter se tantum; Et alio de alienatione bonorum fiduciæ missi ex causa dotum, sive pauperrandis descendantibus à Bantipitali, sive ex alia simili cauta.

S V M M A R I V M.

1. **F**aci series.
2. **R**egula stat pro exclusione recipiæ linea.
3. **R**eciproca expressa intelligitur discretiva in quæ linea, ubi plures sunt confitua, juxta tantum.
4. **A**d reciprocam necessaria non sunt prædictæ mœsta, sed sufficiunt conjectura, illa implantes, & num. 7.
5. **P**ro dotibus, & pro alimentis vel liberacionibus descendenter alienari possunt bona fiduciæ.
6. **D**eclaratur, & num. 11.
7. **D**e reciproca linearis ex conjectura.
8. **E**xaminantur conjectura.
9. **I**n conjecturalibus certum iudicium dari posse.
10. **E**xaminantur decisio 1023. Scriphini, & dicitur, an agant de reciprocis linearibus.
11. **D**e conclusione posita num. 5.

D I S C . C.

Nicolaus Ubaldinus senior in testamento anno 1556. hæredem instituit Annibalem & Augustinum eiusque filios & descendentes in perpetuum ad invicem subtilitutem, arque tam primos, quam subseqüentes gravavit ad restituendam & Augustino aliis filiis tunc bannitorum tribus portionibus hæreditatis, postquam Principis restituti essent, ac effectu ipsi itauit quilibet ipsius testatoris filiorum, etiam respectivè filii & descendentes in perpetuum item habent sua hæreditatis successionem, tertia vel pro medietate, prout casus reuegnis dictorum bannitorum vel eorum mortuorum filiis dabit, ordinata etiam inter dictos Augustinum, Thomam respectivè descendentes eadem recipiat, quam inter Annibal's descendentes ordinaverit.

Obit Augustinus absque filiis, & fortinabanni, Thomas vero reintegratus fuit, unde Annibal paterna hæreditatis dimidiam ereditum; Ceſſit deinde Annibal superstibus Nicolao juniorne Baptista, qui sine filiis morientes hæreditat tuerunt Alexandrum & Ludovicum eorum parentes seu consobrinos, qui bona per dictam lineam festant jure hæreditario ut supra in eos obveniatur, Comino tanquam libera; Eis vero debet, etis, superstite ex Alexandre, Nicolaus junior hic prætendens bona sic alienata speclaris, commissum per dictum Nicolaum seniorum natum iudicium instituit, atque duas favores sententias reportavit, Unam in prima intendit Auditore Generali Bononiæ, Et alteram intendit ab A. C. Commissaque causa appellatur Rota coram Taja, pro dictarum sententiarum dicta & executione responsum fuit, unde dictum missa cœla in eadem Rota Albergato cum causâ Conſtituto de tribus, aſſumptaque diſputatione dicitur An conſaret de tribus validu & iufi, que remanet in quaonda.

In hoc statu ad semimortuæ cause defensione evocatus, Dicebam sententiarum iudicium ipsius

injustiam pendere à punto reciprocę linearis, qua concurrente, sententiae remanebant justę, se-  
cū autem ea cellante, onus autem illam probandi  
incumbeat actori, cum pro exclusione sit regula,  
quam allegare sufficit, ut bene in his terminis Seraph. dec. 1023. num. 1. passim recepta.

Et quanvis illa exprestè legeretur in illis verbis:  
Quos Annibalem, Thomam, & Augustinum heredes in-  
fūtū, necnon filios & descendentes eorundem legitimi-  
mos & naturales masculos ad invicem substituit vulgariter,  
papillariter, & per fideicommissum; Dicebam  
tamen, quod cum plures hæredes fuerint instituti,  
ideoque plures linea ex initio constituta, plures  
stipites considerari. Hinc proinde reciproca, ex-  
ceptis primis hæredibus, intelligenda venit discre-  
tivę inter filios & descendentes cuiuslibet linea seu  
stipitis inter se, non autem de linea ad lineam;  
Tuncenim reciproca inter plures collectivo nomine  
vocatis, operativa est quoad omnes, quando unus  
hæres ab initio est institutus, & sic omnium succes-  
sive vocatorum unus est stipites constitutus, cum time-  
licet descendentes in plures linea dividantur, in  
effectu tamen unica sit linea in plures ramos seu  
colonelli divisa iuxta distinctionem text. in cap. 1. de  
duobus fratribus à Capis. Invenit, ubi DD. de quibus  
in terminis emphyteuticis Aliograd. cons. 25. vol. I.  
num. 14. & 15. ubi latè hanc distinctionem exhortat,  
Et in preciliis terminis fideicommissi Seraph. dicta  
decisione 1023. & Rota in Florentina fideicommissi 28.  
Junii 1638. coram Carillo inter suas decis. 105. plures  
conformati, & in Bononiensi fideicommissi de Malvezio  
23. Martii 1651. coram Bevilacqua, in quibus certi  
cumulantur; Et de qua distinctione inter unum vel  
plures stipites ab initio constitutos habetur in Romana  
sue Vrberiana successione disc. 104. & in aliis fre-  
quenter, atque hic est casus, de quo pro canonizatio-  
ne reciproca agitur apud. Ottob. decis. 177. & in  
eadem Terracinen. 15. Maii 1648. coram Ghisterio de-  
cis. 183. par. 10. recent. quod scilicet stipites erat  
unicus.

Admittebam siquidem quod ad hujusmodi reci-  
procam linearem præcisè necessaria non sint illa  
tria requisita, quae nostri maiores desiderabant, &  
de quibus in allegatis Terracinen coram Ghisterio &  
Ortobono, cum hodiè receptum sit, etiam sine illis,  
ex solis conjecturis ne potè & quipollenter seu impli-  
cite eadem requisita continentibus, hanc recipro-  
cam induci, quodque in dispositione ascendentis  
cum descendentiis leviores conjectura sufficiant  
quam in dispositione transversalis. Verum propo-  
nebam non videri concurrere sufficietes conjectu-  
ras, quas urgentes, ac necessarias esse debere dicuntur  
decisione 145. num. 6. par. 1. recent. ita suffici-  
rem esse dubiam, ut pro talis reciproca exclusione  
respondendum sit, ut firmatur decisione 49. num.  
finali par. 9. recent.

Præterea ubi etiam dicta reciproca admittetur,  
adhus scribens pro reo convenio ac possessorie  
ex titulo emptionis, dicebam dictas sententias in-  
justas videri, dum bona controversa distracta erant  
in causam dotium juxta notos terminos tex. in Anth.  
reique C. commun. de legati, nsc non pro liberandis  
descendentiis testatoris à banno capitali, pro  
qua causa, ex eadem ratione verisimilis voluntatis  
testatoris, in qua juxta unam opinionem fundata  
est dispositio d. Anth. posse alienari bona fideicom-  
missaria habetur apud Fusar. quæst. 535. num. 3. Et in  
terminis alimentorum, distingendo inter fidei-  
commissum ascendentis & transversalis Seraph. dec.  
923. num. 2. Rota in Romana fideicommissu Salvianni 23.

Jun. 1653; coram Albergato, de qua causa infra dist. 163.  
ad materiam alienationis bonorum fideicommissi  
& advertitur plures sub tit. de feud. ad materiam  
Bullæ Baronum.

Propolita causa die 17. Ianuarii 1662. pro sen-  
tentiarum justitia & executione prodit resolutio;  
Quatenus enim pertinet ad ultimum fundamentum  
alienationis ex caula dotum, vel expensarum pro  
liberatione à banno, admissa fuit in veroque casu  
conclusio juris, quoties in terminis expensarum  
pro liberatione immimeret grave periculum mor-  
tis vel mutilationis membrorum, sed negata sive  
applicatio ad factum, eo quia respectu dictum,  
suppositum fuit constare de existentia bonorum lib-  
erorum, ex quibus indubitatum est illas esse prius  
detrahendas cum authenticā prædicta remedium sit  
subsidarium; Respectu vero expensarum pro ban-  
no, dictum fuit non constare de carceratione, ten-  
de imminenti periculo mortis vel mutilationis  
membrorum, ut esse necessarium in decisione desuper  
edita firmatur ex eodem Fusar. d. quæst. 135. num. 2.  
& sequent, ubi ceteri, unde propterea ista non erat  
quaestio juris, sed facti, de quo nil ad Advocatos in  
Curia pertinet.

Quovero ad fideicommissum, firmata dicta  
conclusione ut non sint necessaria tria requisita, sed  
quod sufficiant conjectura etiam leves, ed quia gra-  
ves defiderentur in fideicommissu transversali, in  
quibus terminis loquuntur allegatae decisiones in  
Florentina fideicommissi coram Carillo, & in Bonon. fidei-  
comm. de Malvezio coram Bevilacqua, iudicatum fuit  
sufficiens concurrere conjecturas pro illo indu-  
cendo, eodem modo, quo de facili admissa dice-  
bantur in Rom. fidei. de Zephri 8. Februario 1647. cor-  
ram Bibio, Bonon. fideicom. de Guidotti 23. Ianuarii  
& 7. Junii 1649. coram Arguelles, quarum secunda  
est dec. 315. p. 10. recent. in Interannen. bonorum 13.  
Junii 1657. Cerro, & in aliis; Atque respondendo  
ad regulam discretivę, de qua apud Seraph. de decis.  
1023. & decis. 145. par. 1. recent. dicitur illam pro-  
cedere in fideicommissu defensivo, secus autem  
reciproco lineari, allegando in id Peregr. cons. 64.  
num. 15 lib. 5. & autoritate Rota in Aefina fideicom.  
18. Martii 1648. coram Celso inter suas decis. 33.

Conjectura vero potissima, ex qua Rota credi-  
di adesse reciprocam linearem, deducta fuit, ex  
eo quod testator prius reciprocam discretivam in  
qualibet linea ordinaverat, cum expressa mentione  
portionis ad qualibet lineam spectantis, ibi, Ita  
quod quilibet ipsorum filiorum & heredum institutorum  
descendentiumque ab eo habeat & consegetur tertiam  
partem hereditatis &c. deinde vero aliam recipro-  
cam inter omnes indeterminate, & absque aliqua  
portionis mentione ordinavit in illis verbis, ibi,  
quos Annibalem, Thomam, & Augustinum, omnes sic ut  
supra instituius respectively in casu & casibus predictis, nec  
non filios & descendentes eorundem ad invicem substituit  
vulgariter, papillariter, & per fideicommissum; Ex  
hoc enim discretivo modo loquendi apertam dici-  
tur in decisione desum voluntatem ordinandi reci-  
procam, & quod quemadmodum primos instituti  
descendentiis substituere voluit, idem quoque fa-  
cere voluerit inter eorundem descendentes, ita ut  
illa clausula ad invicem in fine apposita, relationem  
dicat ad omnes superius nominatos.

Ego licet pro succumbente scribens, non potui  
resolutionem damnare de improbabilitate posiciva,  
Tum quia causa non erat nova & integra, sed iam  
sopita per tres conformes, pro quibus infirmans,  
non quilibet levis ac dubia iustitia sufficeret  
vide-

UCA  
e  
mentis  
att.  
VI

videtur; Tum etiam quia inspecto toto tenore testamenti, probabiliter resultare videbatur disponentis voluntas conservandi omnia bona penes descendentes indeterminatè; Ponderando etiam quod testator considerando casum contingibilem obitus Annibalii filii capacis absque filii, adhuc durante banno aliorum filiorum, substituit Margaritam filiam, ejusque filios, illos tamen gravando ad restituendum omnia bona una cum fructibus præfatis duobus filiis bannicis eorumque filiis & descendentibus capacibus, non restringendo restitucionem ad portiones, sed disponendo de toto.

Et quidem, licet in decif. 266. & 361. par. 1. recent quarum secunda repetita est apud Peniam decif. 1615. concurrens urgens conjectura progressus ad ulteriore substitutionis gradum, ut etiam concurrebat in d. Bonon. de Guidotis, & in Romana de Zephiris, qui progressus magnum continet conjecturam reciprocæ linearis inter omnes, ut ita bona penes ultimum consolidata, transire valeant in ulteriorem substitutum, ne iste cogatur, cum inexplicabili litione labyrintho, bona à plurium defectorum extraneis hæredibus, vel singularibus possessoribus post longa tempora recuperare. Nihilominus hæc est fortis & valida, sed non necessaria conjectura, dum etiam sine illa, talis reciproca ex aliis deduci potest, præsertim inter descendentes, inter quos satis probabile videtur, ut potè communis omnium desiderio adaptatum, de facili eam induci, cum desiderium conservandi bona in propria descendencia parvomiter erga omnes militet; Et quo magis aliquibus lineis deficientibus, personarum numerus refringitur, eo magis satisfieri videtur testatoris desiderio conservationis omnium bonorum penes paucos, cum sic agnitionis ac familiæ major honorificentia resulteret.

Temerarium autem semper credidi in materia conjecturalibus, vel certam iustitiam prædicere, vel resolutiones de positiua iustitia damnare, cum totum pendeat ab arbitrio judicis, in arbitriis vera certa determinata regula dari non potest, dum ob ingeniorum varietatem in dies experimur, ut quod uni videatur album, alteri eodem veritatis ac integratæ sensu retento, videatur nigrum, itaut huiusmodi controversia, non cœntantur amplius juris, sed solum facti & applicationis, deservientibus tantum juris receiptis propositionibus, ut arbitrium, ab ipsis, non autem à solo naturali discursu vel genio, ut frequens est aliquorum judicancium consuetudo, regulari debeat.

In duobus tamen decisio desuper extensa non placebat, Primo nempe in eo quod dicitur ut regula discretivæ, de qua apud Seraph. dicta decif. 1023. procedat solum in ordine ad fideicommissum defensionum non autem in reciprocâ linearis, Hoc enim contineat videatur aliquid æquivocum, cum in his terminis, atque ad hunc effectum clarè loquantur, tam d. dec. Seraph. quam dec. 145. & 316. p. 1. rec. & 287. par. 4. tom. 2. ubilatè; Atque ex Doctoribus firmant Oddo conf. 45. ubi in terminis familialibus cuiusdam filii bannici, Menoch. conf. 982. latè Fusar. conf. 17. ex num. 41. qui alios adducunt; Observando etiam quod neque dicta decisio in Aesina fideicom. 18. Martii 1648, coram Celsi inter suas decif. 33. principaliter agit de hoc punto, dum casus disputationis erat de reciproca inter hæredes primi gradus, inter quos verberatur solum controversia circa unicitatem vel duplicitatem vinculi, An sciént utrinque conjuncti excluderent uterinos,

quamvis incidenter extra causam dicatur, quod in hujus causa decisione reperitur.

Et secundò quia in decisione in fine, respondendo ad quandam alienationem ex causa expedita pro liberando unum ex descendendis à bannali, dicitur, quod non constabat de exercitu seu de imminentia periculi mortis vel mortis membris; Utrumque enim dictum non videtur probable fundamentum, quoniam causæ non bannuntur, neque cum illis practicabile datum, atque dum agitur de banno capitali, annuitus possit à quoquaque ad horam impetrari ideoque non displicuit resolutio, sed non plerunt illæ rationes.

## PERUSINA FIDEICOMMISSA DE BAPTISTIS

AD PETITIONEM

ANTINORI DE BAPTISTIS

Discursus pro cœnate.

De reciprocâ linearis quando cœna inducta, vel potius illa cœnatur cretivè in singulis lineis.

S V M M A R I V M.

- 1 F Acti series.
- 2 Regulariter cœnatur fideicommissum praescrivunt quæ reciprocum lineare, præclusione est regula.
- 3 Quando ex prohibitione alienationis refutatur possimus restitutorum etiam reciprocum.
- 4 Reciproca inducitur etiam ex conjectura dispositi requisitus.
- 5 Quando prohibitor alienationis sicut dependenter dependenter à fideicommisso, illudque amplius.
- 6 An ordo per prius & per posterius in propria datatur.
- 7 Prohibitio realia ampliat dispositionem.
- 8 Verba totalitatem importantia attenduntur.
- 9 Conjectura sufficiunt ad reciprocam.
- 10 Examinantur aliqua conjectura.

D I S C. CL

Iohannes Baptista de Baptista testator, hæredibus quatuor filiis alienationem fidelium prohibuit tam institutis quæ postoris & defensoribus quibuscumque, quia voluit eum heretere totam conservari in sua familia, Unde cum Hæretius deceperet absque prole, ac deinde Petrus cobus superstite Atenoro naturali legitimo, e hujus fideicommissaria successione incapax contebatur (qualem etiam declaravit Rosa, folio 222. par. 5. recent). Hinc filii superestiles et filii Hieronymo alii filii pretenders caperantur.